



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 80. Facultatis judicium circa secundam Arnaldi propositionem quoad
quæstionem Juris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. haud posse censabant. Prævaluit tamen major suffragiorum pars, eapropter Decanus ad diem decimam septimam proximum indixit Conventum, in quo de altera propositione circa questionem Juris deliberaretur.

§. LXXX.

Facultatis judicium circa secundam Arnaldi propositionem quoad questionem Juris.

*Hist. Eccl.
du Pin l. c.*

Eadem igitur die Minceus Doctor iteram Arnaldi apologiam exhibuit eamque prælegi petiit, Syndicus vero Congregatos hortabatur, ut breviter studerent, ac deliberarent, an prælegenda Apologia esset prælegenda, & utrum ad Burgoi petitionem testimonium Jansenii libro non examinato Arnaldi distis dandum esset: Decidebatur tandem communi omnium suffragio ad deferendum cuilibet Doctori spatium mediæ horæ indulgendum, & Arnaldi apologiam privatim Doctoribus communicandam, Burgoi autem postulatum non esse deferendum: His ita decem undecim habebantur conventus, in quibus secunda Arnaldi propositio examinata, præceteris a Carnutensi, Armbianensi, & Rutenfi Episcopis tanquam hæretica rejiciebatur, censente etiam Montalbanensi Episcopo, conficiendam esse submissionis formulam, cui Arnaldi

dus subscriberet, quod tamen ceteris Sæc. XVII.
 haud probabatur; inde vero acres con- A. C. 1655.
 citabantur altercationes, eoquod Ar-
 naldistæ tam arctum temporis spatium
 sibi fuisse indultum quererentur: ve-
 rum Cancellarius, qui denuo Sessioni
 die vigesima quarta Januarii habitæ in-
 tererat, præscripto tempori insisti vo-
 luit: unde Arnaldi fautores, præter
 quatuor, una omnes abiere, nec ultra
 subsequenter Sessionibus interfuerunt:
 ipse quoque Arnaldus die vigesima sexta
 ejusdem Mensis coram Notariis decla-
 rabat, quod justis de causis Facultatis
 conventum pro legitimo habere non
 possit, „cum in illo Theologis suas opi-
 niones probandi libertas, præter alia
 „vitia insanabilia, fuisset denegata, ad-
 „versus ergo omnia hucusque gesta &
 „gerenda reclamet, & meliori modo
 „adversus ea sibi prospicere intendat. „
 Insuperhabita hac Arnaldi oppositione,
 die vigesima nona Januarii, centum vi-
 ginti septem Doctores, ac tres Episcopi
 secundam Arnaldi propositionem esse
 temerariam, impiam, hæreticam, ac
 anathemate damnatam censuerunt, non
 nisi novem Doctoribus eandem tuen-
 tibus.

§. LXXXI.

*Arnaldus Sorbonæ Doctor e gremio
 Facultatis ejedus.*

Q 3

Pro-